Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

116

Cum aut turba plurima conueniret et de ciuitatibus properarent ad eum.
dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum. Hanc parabolam
dns idcirco per se ipsum exponere dignatus est ut figurate loqui innotescere et re
rumque significationes. mihi eum quem per semetipsum noluit explanare doceret
et querendas. Sed quia semen id est uerbum dei sit terrae quae uarium id est diuersum cor
audientis significet ipse dns aperit. Satorem quem nobis querendum reliquit nullum
melius quam filium dei intelligere possumus. qui exiit seminare semen suum. quia
de sinu patris qua creatura non erat accessit egrediens. ad hoc uenit in mun
dum ut testimonium perhiberet ueritati. Unde bene iuxta euangelistas alios hanc
parabolam dicturus de domo exisse. mare adisse. naue consedisse perhibetur.
ipsum scilicet murum structi corporis id est processu sermonis insinuans. Et dum seminat
aliud cecidit secus uiam et conculcatum est et uolucres celi comederunt illud.
Que dns exposuit pia fide suscipienda sunt. quae autem tacita nostre intelligentie
dereliquit perscrutanda sunt breuiter. Semen quod secus uiam cecidit duplici
lesura diuitur. et auiantur seilicet conculcatum. et auoluerunt raptum. Via est quod
cor sedulo malarum cogitationum instructum aduentum atque are factum. ne uerbi semen
excipere atque germinare sufficiat. atque idcirco quicquid boni seminis uiuentia
talis uie contingit pessime cogitationis meatu conculcatum ademonibus
eripitur. que uolucres celi siue quia celestis spiritalis quoque sint naturae seu quia
aera uolucres appellantur. Et aliud cecidit super petram. et natum aruit. quia
non habebat humorem. Petram dicit durum et indomitum cor ac nullo uere fidei
uomere penetratum. hoc autem humor adiudicem seminis quod iuxta aliam parabo
lam oleum ad lampades uirginum nutriendas. id est amor et perseuerantia uir
tutis. Et aliud cecidit interiam bonam. et ortum fecit fructum centuplum.
Fructum centuplum. fructum perfectum dicit. Nam denarius numerus perfectio
ne semper accipitur. quia in decem preceptis legis custodia continetur. Actiua enim
et contemplatiua uita simul in decalogi mandatis conuincta est. quia inter
amor dei et amor seruari proximi iubetur. Amor quippe dei ad contempla
tiuam. amor uero proximi pertinet ad actiuam. Denarius autem numerus per
semetipsum multiplicatus in centenarium surgit. Unde recte per centenarium
magna perfectio designatur. sicut de illo qui sua, pro domino terrena relinquit dicit.
centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit. quia quisquis pro dei nomine
temporalia atque terrena contempnit et hic perfectionem mentis recipit. ut iam
ea non appetat quae contempnit. et insequenti seculo ad eterne uitae gloriam pue
nit. Terra quoque bona fructu centuplo fecundatur. quando cor docile uirtutum spiri
talium perfectione donatur. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audien
di audiat. Quoniam hec admonitiuncula uel in euangelio uel in apocalipsi uobis
interponitur. mysticum est. quod dicit. querendum quibus mentem ostendit.